



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 152. Episcopus Legionensis a Castellæ Rege ad summum Pontificem
decretus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV.
A. C. 1460

§. CLII.

*Legionensis Episcopus ad Pontificem
a Castellano Rege missus.*

Sub idem tempus summum Pontificem, dum adhuc Senis agebat, Legionensis Episcopus adiit, qui ab Henrico IV. Castellæ Rege eo decretus, multa quidem & magna deferebat verba, sed prorsus inania, eo quod nihil in mandatis haberet, quod pro sustinendis belli expensis adversus Turcas polliceretur. Cum autem paucis post adventum suum diebus ibidem Senis obiisset, Pius defuncto Episcopo Joannem de Turrecremata Cardinalem ex Ordine FF. Prædicatorum suffecit. Ast cum Rex Henricus Virum respueret, nec eidem Episcopatus sui possessionem indulgeret, acres contentiones ex hac repulsa Regem inter & Pontificem emerere.

§. CLIII.

Contentiones Pontificis cum aliis Regibus propter collationes beneficiorum.

Alia quoque contentio inter Papam & Casimirum Poloniæ Regem suborta est